



**R. P. Francisci Svarez Granatensis, E Societate Iesv
Doctoris Theologi, Et In Connimbricensi Academia
Sacrarum Litterarum primarii Professoris Opvs, De Virtute
Et Statu Religionis**

Qvo Quid Contineatur, Index proximus indicabit

De Obligationibus Religiosorum ex Regula, Prælatione & subiectione
regulari provenientibus, De varietate Religionum tam in genere, quàm in
specie, De Religione Societatis Iesv in particulari

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1626

XI. An religiosi possint à sententiis & præceptis suorum superiorum
appellare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93501](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93501)

matur, quia non potest Prælati imponere præceptum subito pro eo tempore, pro quo vel ipse non est futurus Prælati, vel alter non est futurus subditus: tum quia præceptum expirat morte mandantis, nisi fit lex: tum etiam, quia extra territorium ius dicenti non est parendum, cap. 2. de constitut. in 6. Confirmatur tandem, quia ob similes rationes (præter alias) si Prælati ei, quem eiecit, præcipiat ingredi aliam religionem, non tenetur ei parere, vt dixit Nauarr. consil. 77. de Regularib. & infra etiam lib. 3. c. 5. n. 20. dicemus. Vnde etiam obiter colligo, religiosum eiectioni, cui Prælati concedit facultatem ingrediendi aliam religionem, dummodo non sit in tali Regno, vel Prouincia, non obligari ex vi præcepti ad hanc conditionem seruandam: quia illa respicit tempus, in quo iam non est futurus subditus, & virtute continet quoddam exilium. Dico autem, ex vi præcepti, nam ex vi pacti posset obligari, vt si ad vitandum aliud genus pœnæ iusta, sub ea conditione, & pacto acceptasset eiectionem, tunc enim, si conditio fuerit iusta, & libere acceptata, obligat non per modum præcepti & humanis sed ex naturali lege fidelitatis, vel iustitiæ; neque erit sufficiens excusatio, quòd metu grauioris pœnæ fuerit acceptata: quia ille metus non fuit iniuste incussus; sicut quando damnato ad mortem remittitur pœna, ea lege, vt obligetur ad ducendum in uxorem talem mulierem, vel ad tale munus publicum exercendum, iusta est conditio, & obligans postea in conscientia.

X. Præter hæc penas potest etiam Prælati religio-
nis præcipere subdito grauiiores aliquas poeniten-
tias, vel labores, aut opera, vel aspera, & dura, vel
humilia, & abiecta pro qualitate delicti. Hæc fu-
muntur ex Syluestro, verb. *Religio*. 6. quæst. 6. & Ange-
lo verb. *Religiosus*. num. 29. & constat ex dictis supra
de voto obedientie. Vnde in hoc consideranda est
differentia inter hæc penas, & alias grauiores con-
porales; quod ad alias solum obligatur homo, vt
eas patiatur, non resistendo violenter; ad eas au-
tem potest obligari religiosus etiam actiue (vsque
dicam) eas in se exequendo. quia hæc obligatio non
excedit humanam iurisdictionem, nec est res ni-
mis ardua, aut difficilis, de quo latius in materia
de Legibus lib. 5. à cap. 7. Hic verò occurrebat spe-
cialis difficultas de religioso damnato ad perpetu-
um carcerem, an teneatur non fugere, etiam si
possit. Item, si damnatus sit, vt fame paulatim per-
eat, per insensibilem quandam cibi diminutio-
nem, & subtractionem, an teneatur non amplius
comedere, etiam si possit. Veruntamen hæc qua-
stiones generales sunt, de quibus videri potest Con-
uar. lib. 3. Variar. cap. 2. num. 14. Caiet. 2. 2. quæst. 69.
art. 4. Soc. lib. 5. de Iustit. quæst. 6. art. 4. & specialiter
de religiosis Nauar. Comment. 4. de Regularib.
num. 63. Salsedo in Practica crimin. cap. 137. Qui om-
nes concludunt, in priori casu teneri religiosum
ad non fugiendum, tum ex generali lege iustitiæ,
vel obedientiæ, quia tenetur rous parere sententiæ
iustæ, & illam seruare, quantum ad ea, quæ per ip-
sum licite exerceri possunt: tum etiam speciali ti-
tulo, quo religiosus tenetur ratione voti obedi-
entiæ in claustrum manere, & intra terminos eius à Pre-
lato præscriptos. Quæ sententia vera est maxime
in religiosis, intelligenda tamen videtur ex vi so-
lus detentionis, seu incarcerationis: per accidens
verò propter grauissimam incommoda tali incarcerationi
adiuncta, accidere potest, vt contrarium li-
ceat, sicut iam dicemus.

XI. In altero ergo puncto resolutio communis est, non teneri reum abstinere à cibo necessario ad vitam conferendam propter pœnam impositam: imò multi dubitant; an licite possit id facere: quæstio, omiſsa, quia pertinet ad matèriam de homi-

cidio, saltem certum est, non posse obligari in conscientia ad huiusmodi abstinentiam: quia & est res nimis difficilis, & naturalis inclinationi repugnans, & alioqui non est necessaria ad commune bonum: satis enim est, quod re ipsa possit iuste licite priuari: & quod iudex possit precepto suo ministris iustitiae obligare ne alimenta prebeant huiusmodi malefactori, quod etiam potest prohibere Prelatus religionis tam virtute obediencie, quam ratione voti paupertatis. Ipsi vero religioso prohibere non potest, quin licite comedat, si possit, quia nec iustitia, nec obediencie paupertatis votum ad tam difficilem abstinentiam obligat. Vnde infero, religiosum sic damnatum posse licite fugere, non ad fugiendum carcerem, sed mortem. Omnes enim fatentur damnatum ad inortem licite fugere, si possit, quia privilegium vite tuenda maximum est, vt constat ex auctoribus citatis, & alijs, quos ipsi referunt. Sed qui ita damnatur ad perpetuum carcerem, vt per continuam in ediam paulatim pereat, est damnatus ad mortem, nam licet non sit damnatus, vt occidatur, est tamen damnatus, vt quasi ab intrinseco moriatur, quod perinde est, quantum ad vite detrimentum pertinet; ergo propter illud virandum licebit fugere. Et fortasse in hoc casu loquuntur Angelus, & alij auctores, quos Coar. Nauar. & Salsedo referunt, dicentes, licet fugere damnato ad perpetuum carcerem.

CAPVT XL.

An Religiosi possint à sententiis, & præceptis suorum superiorum appellare?

Hoc in loco tractandum occurrit, an religioſiſ
poſſit appellare à ſententia Prælati, per quam
ad grauem poenam condemnatur. Et, ut quæſtio
ſit ſpecialis huius materiæ, ſumenda eſt in eo caſu,
in quo licitum eſt ſeculari clerico, vel laico à ſenten-
tia legumini iudicis appellare, vel quia reputat
illam iniuſtam, vel nimis rigorofam, & ſperat à ſu-
periore eſſe iuſte ſeniendam. In priore ergo caſu vi-
detur licere etiam religioſo appellare, iuxta doctri-
nam D. Thomæ 2.2. quæſt. 68. ar. 3. quia caſus ap-
pellatio nihil aliud eſt, quàm quædam naturalis
defenſio, qua nemo poteſt iuſte priuari. Confirmatur
tamen, quia ſi Prælatu religionis ſubditiu aggredere ſu-
retur iniuſte, vel illum gladio occideret, poſſet ſub-
ditus ſe etiam gladio defendere propter naturale
ius defenſionis: ergo ſi illum aggreditur per ſenten-
tiam iniuſtam, poterit ſe defendere ſaltem per ap-
pellationem iuſtam. Quod ſi hoc neceſſario admit-
tendum eſt in religioſo, ſi dampnari poſſet ad
mortem, eadem ratione licebit quoſcunque dam-
naretur ad patiendam iniuriam, tantoque magis,
quanto pena iniuſta fuerit acerbior. Idem argu-
mentari poſſumus de altero caſu, quando licet po-
na non excedat limites iuſtitiæ, multum tamen ri-
goroſa eſt; & infra eſdem poſſet mitti imponi
cur enim non licebit reo mitiorẽ iudicem po-
ſtulare, cum non petat iniuſtum? aut cur debet hoc
magis religioſo prohiberi, quàm alijs, cum religio-
ſum iudiciu mitiſſimum omnium, & paternum
potius quàm iudiciale eſſe debeat? Tandem quan-
do Prælatu inferior præcipit ſubdito aliquid im-
mis graue, & difficile, poteſt ſubditus ad ſuperiorem
Prælatum recurrere non ſolum pro iniuſtitia,
ſed etiam pro nimio grauiamine tollendo. ergo
dem erit in poenis.

In contrarium autem facere videtur c. repitibiles ff. de appellat. ubi dicitur, Statimus, ne iudicibus contra disciplinam Ecclesiasticam in vocem appellationis intromittantur, et in fine subiicitur, Precipio vero hoc in religiosis volumus observari, ne religiosi, cum aliquo excessu committunt.

Tum est
natur religio
nam.

III.

IV.

corrigendi, contra regular. in Pralati sui, & Capitulis disciplinam appellare presumunt, sed humiliter ac deuote suscipiant, q. ad pro salute sua fuerit etiam inuincibile. Et in c. ad nostram. eod. tit. præcipit Alexander III. cuidam Abbati, vt, licet religiosus appellare præsumat, eum, iuxta sui ordinis institutionem, castiget. Item sumitur ex c. licet. de Officio ordinarij. Ex quibus iuribus ortum videtur axioma communiter receptum, inter probos religiosos appellationem vocem audiendam non esse, & per statuta, vel consuetudines religionum communiter hoc prohibetur, vt dicitur in lib. Monumenta ordinum, fol. 125. aliàs 220. concess. 499. & specialiter in ordine Predicatorum est constitutio prohibens appellationem, quam his verbis refert Armilla, verb. *Accusatio in fine. Declaramus*, quod licet appellatio si de iure naturali, vniuersique potest sui iure renunciare, & eo ipso, quod quædam obediunt sponte proficetur, secundum Constitutiones nostras, secundum quas non licet appellare, &c. & infra refert in quodam Capitulo generali, denunciatum fuisse si a tribus vniuersis, quod de iure communi, & ex privilegio ordinis specialis nulli fratrum licitum est à correctione, vel ab officiorum amotione appellare. Et similis prohibitio, licet alijs verbis, habetur in eorum Constitut. dist. 2. Cum non volumus (dicitur ibi) contendere, sed potius delicta corrigere. Et videri potest Ferdinandus à Castillo lib. 2. suæ Chronicæ. cap. 8. vbi refert etiam confirmationem Bonifacii IX. Vnde etiam confirmatur nam in nostra Societate Paulus III. in Bulla vi. circa princ. inter alia statuit, vt à correctione regula Societatis huiusmodi secundum ordinationes factæ, vt rigor disciplina melius conseruetur, appellari aut talis appellatio per vllum iudicem admitti non possit. Item: Cisterciensibus priuilegium concessum est, vt à correctionibus Præpositi Generalis, vel Visitatorum eius appellari non possit etiam ad Sedem Apostolicam sub pena excommunicationis Sedi Apostolicæ reseruata, nisi à generali congregatione, & in casu denegatæ iustitiæ, aut pro notoria iniuria ita refertur in Compendio Societatis, verb. *Appellatio*. vbi aliud simile priuilegium refertur Canonis regularibus concessum, & Iulius II. idem concessit Minoribus, prout habetur in Supplemento, concess. 555.

Ad hæc vero omnia respondent aliqui, intelligenda esse altero è duobus modis. Prior est, vt à correctione Prælatorum non sit religiosus appellandum, nisi correctiones in modo excedant, aliqui, interueniente excessu, non putant esse religiosi prohibitam appellationem, etiam à correctione regular. ita sentit glossa i. in cap. de prior. de appellationib. vbi idem sentit Decius, & Panormit in cap. ad nostram. de appellat. vbi in principio ita colligit conclusionem illius textus, à correctione legitima non appellatur, nisi modus excedatur. Deinde à contrario sensu infert, appellationem permitti religiosi, quando indebite prægrauantur per Superiorem, quia nulli deleganda est defensio, cap. cum inter. de exceptionib. Idem habet Glossa, Panormit, & alij communiter ex textu ibi in c. licet. de offic. Ordin. Quam sententiam sequitur Nauarr. Comment. 3. de Regularib. n. 51. & confil. 4. de Appellat. vbi inter alia ait, nullo iure prohiberi regularem appellare, quin potius in c. 1. & 2. q. 6. omnibus dicitur permitti appellatio, quod saltem intelligendum est de omnibus, quibus non est appellatio specialiter prohibita, vt idem Nauarr. notat ex Glossa in l. qui restituitur. ff. de rei vendicat. Qui omnes addunt rationem, quia, quando in correctione modus exceditur, contra ius nature esset tollere defensionem: ergo & appellationem.

Hæc tamen responsio difficilis est, primò, quia hoc modo nulla est differentia inter secularem clericum respectu Episcopi, & religiosum respectu sui Prælati: nam etiam seculares appellare potest à correctione. Franc. Suar. de statu relig. Tom. IV.

rectione, si sit ultra modum; si autem modus seruetur, etiam ille prohibetur appellare in dict. cap. licet. & in Tridentino sess. 13. cap. 1. de Reformat. ergo nulla est differentia. Consequens autem videtur contra communem sensum, & supra dictum axioma receptum, quod speciale esse creditur in religiosi, quod etiam significatur in dict. cap. rep. ehenfib. in fine. Secundo obstat, quia aliàs Pontificia indulta nihil concedunt, quia non appellare à moderata, & legitima correctione, ex debito iustitiæ necessarium est, vt ex D. Thoma diximus num. 1. in religiosi autem, etiam ex speciali debito obedientiæ: ergo si Pontifices hoc tantum voluerunt esse prohibitum, nullum speciale priuilegium concesserunt, quod videtur esse contra mentem eorum. Tertiò, ratio illa de defensione naturali videtur inefficax, nam est ab specie ad genus negatiue: quia defensio, etiam iusta & moderata est genus, & latius patet, quam appellatio, ideoque licet alicui denegetur appellatio, non recte inferitur defensionem denegari. Potest enim ad Superiorem recurrere per simplicem querelam, vel per modum supplicationis, aut precum, & ab eo obtineri vel iustitia, vel gratia; quod est sufficiens remedium diuersum ab appellatione, vt ex dicendis constabit, & multò magis decens religiosum statum. Vide Panorm. c. cum dilectus. de appellationib.

Alius modus respondendi est, per dicta indulta non prohiberi religiosi simpliciter appellationem, sed illam, quæ fit ad aliena, vel extrinseca tribumalia, vel per alium modum indebitum, qualis esset recedere à conuentu prætextu accedendi ad Superiores sine eorum facultate: quod meritò prohibetur in Concilio Tridentino sess. 25. cap. 4. de Regularib. & Gregorius XIII. in quadam constitutione præcipit sub grauib. penis religiosi Minoribus, ne ad secularia tribumalia appellent; non vero prohibet appellationem seruato debito ordine intra propriam religionem, vel, si necesse sit extra totam illam appellare (vt si à Supremo generali Prælato appellandum sit) id fiat ad Apostolicam Sedem, vel ad tribunal ab ipsa designatum. Sic enim in dict. c. de prior. grauiter reprehenditur quidam Prior, qui appellationem ad Sedem Apostolicam non admittit, nam ad Romanam Ecclesiam omnibus appellare licet, cap. ad Romanam. cum alijs, 2. quæst. 6. & in Congregatione Cardinalium pro regularibus decretum factum est anno 1587. vt appellationes religiosorum fiant immediate ab vno Prælato religionis ad proximum superiorem, & à generali ad Protectorem, & à Protectore ad sacram Congregationem. Videtur ergo legitima dicta expositio, quam adducit Emmanuel Roder. tom. 1. quæst. 29. ar. 2. Nihilominus difficultate non caret, tum quia iuxta illam nihil speciale concederetur religionibus per citata indulta, præter exemptionem, quia eo ipso, quod religio est exempta, est religiosi interdita appellatio ad omnia alia tribumalia, saltem extra Sedem Apostolicam, vel eam, qui eius vicem gerit: quia ex natura rei, & communi iure, nullius momenti est illa appellatio, quæ fit ad personam non habentem iurisdictionem. Consequens autem videtur esse contra intentionem talium indultorum: nam in Societate, v. g. postquam exempta iam erat à Paulo III. ab eodem additum est, vt appellari non possit: tum etiam, quia in aliquibus ex priuilegijs citatis interdicitur appellatio, etiam ad Sedem Apostolicam: ergo multò magis non licebit ad altiores Prælatos eiusdem religionis.

Propterea dicendum cenfeo, appellationem etiam ex natura rei non iniustam, esse regulariter interdiktam religiosi, maxime per specialia priuilegia, ita docet simpliciter Soto lib. 5. de iust. quæst. 6. art. 3. & de Mendicantibus admittit Nauarr. conf. 5. cap. 1. de Ap-

V.

VI.

1. Affertio pro resolu-tione huius capiti.

*Affertio hac
procedit de
procuratore
pallatione,
ne regulari-
ter.*

de Appellat. num. 6. quauis addat, & merito, non esse priuandos alio genere defensionis. Ad hoc ergo explicandum aduerto aliud esse appellare; aliud ad Superiorem recurrere alijs modis: nam per appellationem ita fit recursus ad Superiorem, vt suspendatur iurisdicção inferioris Prælati, tam quoad vim obligandi per præceptum, vel sententiam, à qua appellatur, quàm quoad potestatem procedendi in causa, de qua agitur: regulariter enim hos duos effectus habet appellatio, quauis in censuris, quando subsequitur post sententiam latam, solum habeat secundum effectum, vt disp. 3. de censur. sect. 6. diximus, & traditur communiter in cap. super eo, & cap. Pastoral. de appellationib. & cap. 8. c. de sentent. excommunic. in 6. & videri possunt Syluester, & Angelus, verb. *ap. ellatio*. Per alium vero recursum ad Superiorem non suspenditur iurisdicção inferioris, nec quantum ad vim obligandi per suum præceptum, vel sententiam, quandiu à Superiore non fuerit reuocata, nec etiam quoad procedendum ad executionem, vel ad ulteriorem definitionem causæ, si opus sit: quia per alium simplicem recursum non potest subditus deuoluere negotium ad altiore Prælatus sola voluntate sua sine adminiculo iuris; nullum autem est ius, in quo talis deuolutio fundari possit, seclusa appellatione.

VII.
*Non vero
procedit de
recursu ad
Superiores
Prælatos et-
iam Papam.*

Rekursus ergo ad altiore Prælatus legitimus, & habentem iurisdicçãoem, nullibi negatur religioso subdito, esset enim contra omnem rationem: maxime in sustinendis penis, quia per hoc nullam iniuriam facit proximo Prælato, quia interim illi obedit, vt supponimus, & alias vitur iure suo, quia, vt supra cap. 2. num. 15. dixi, Prælatus religionis, licet vniuersalis sit, habet immediatam iurisdicçãoem in subditos; ergo licet eis ad illam recurrere. Nec contra hoc inuenio prohibitionem aliquam positam. Vnde censeo hunc recursum non solum esse licitum quando in pena imponenda Prælatus debitum modum excedit; sed etiam si sit iusta, & secundum regulam; dummodo materia talis sit, vt altior Prælatus iuste possit gratiam aliquam, vel quasi dispensationem concedere, quia tunc ex nullo capite malum est illam procurare, dummodo etiam vera & sufficiens relatio Superiori fiat, ne gratia, seu remissio subreptitia sit. Censeo præterea, hunc recursum non solum licere ad altiores Prælatos religionum, sed etiam vsque ad Summum Pontificem, vel ad quemcunque alium habentem iurisdicçãoem ad mutandum præceptum, vel penam religioso impositam à suis Superioribus: quia in his omnibus eadem ratio locum habet.

VIII.
*Recursus hic
ad externos
illicitus est:
quauis
procurare
corruptionem
intercessionem
malum non
sit ex natu-
ratate.*

*Hac tamen
merito in-
ligionibus
prohibetur.*

Ad externos vero non licet etiam hoc modo recurrere, cum illi Superiores non sint, nec iurisdicçãoem habeant: propter quod etiam (vt hoc obiter notetur) secunda expositio seu modus respondendi positus in num. 5. videtur minus satisfacere, quia id solum censet esse prohibitum circa appellationem, quod generaliter vetitum est in quocunque actu petendi usum iurisdicçãois ab eo, qui non habet. Si autem ille recursus ad alios Principes, vel Prælatos non sit ad petendam actionem aliquam iurisdicçãois, sed intercessionem, non est per se, & intrinsece malum, quia nihil petitur per se iniustum, aut iniquum. Solet autem in religionibus hoc etiam prohiberi per proprias regulas, vel constitutiones. Et sane merito, tum quia huiusmodi intercessionem multum religionem perturbant, sunt enim violentiæ quadam morales: nam si illis non condescendatur, vel odia generantur, vel saltem amicitia dissoluuntur, aut remittuntur: si autem propter illas nimia indulgentia fiant, enervatur disciplina religiosa cum non par-

uo religionis dispendio: tum etiam, quia hoc nunquam fit sine dedecore, & infamia religionis, & alijs grauissimis incommodis. Propter quod non immerito recti, & religiosi Prælati non tantum facti non solent huiusmodi intercessionibus, verum potius indignari, ita vt difficiliore, & duriores sese in huiusmodi religiosos ostendant, cum prudentia tamen, & moderatione, ne scandala, vel maiora mala sequantur. Quin potius etiam solet hos Prælatos offendere recursus ad alium altiore Prælatus: sed hoc humanum est, & si ob eam causam malum aliquod subdito inferant, erit iniustum, quia in eo non male aget, vt diximus num. præcedenti.

Quia vero per simplicem recursum sine vera appellatione non semper satis subuenitur iniurijs, quas interim religiosi pati possunt; ideo diximus, appellationem esse regulariter, non vero semper eis interdictam, quia interdum est necessarium medium ad repellendam grauem, & manifestam iniuriam. Vt ergo explicemus quomodo regulariter non liceat talis appellatio, est secundum dicendum, non satis esse, quod sententia contineat rigorem: nam si totus ille locus habet abique propria iniustitia, non habet locum in religioso vox *appellationis*, etiam si fortasse in seculari audiri posset. Vnde, etiam si in eo casu religiosus appelleret, si Prælatus non mutet sententiam, vel præceptum, teneat subditus parere, vel non resistere, donec à superiori Prælato, alia via requisito, aut rogato, relaxatio fiat. Ratio omnium est, quia iustitia suam vim retinet, etiam si sit rigorosa; vt in contractibus, si venditor noluit nisi pro rigoroso pretio vendere, emptor teneat totum soluere. Sic ergo, quandiu Prælatus non excedit limites iustitiæ, etiam si summo rigore utatur, obligat per suum præceptum, & sententiam, nec suspendi potest per appellationem, quæ inter religiosos saltem non habet locum, nisi vbi iniuria intercedit.

Tertio addendum est, non satis esse, quod sit dubium, an sententia iusta sit, nec ne, sed oportere, vt, si iniustitia sit clara, ita sentiant communiter Doctores citati, & communiter Summi ista verb. *Appellatio*. Angel. num. 10. Tabiena 11. Armil. 16. Syluest. quaestione 7. Gloss. in dict. cap. *ad nostram*, & in dict. cap. *licet*, & bene Couar. in Practicis. cap. 23. num. 6. vers. *Sexto*, & *Octavo*. Soto supra, nec Nauarrus contradicit. Et ratio est, quia in dubio obediendum est Prælato, & ius eius præferendum est. Item quia in dict. cap. *ad nostram*, absolute dicitur, quod non obstante appellatione religiosi, Prælatus secundum regulam, & constitutionem ordinis eum corrigat, & castiget: idemque sine limitatione statuitur in dict. cap. *repreh.* *scilicet*. Ergo nulla limitatio, vel exceptio addenda à nobis est, nisi quam ratio naturalis necessario postulat; quod solum habet locum in manifesta iniuria. Præterea explicatur in hunc modum ex dict. cap. *ad nostram*. quia cum Prælatus possit, & debeat punire subditum iuxta regulam, ex duplici capite potest oriri dubium circa iustitiam punitionis, scilicet vel quia factum ipsum negatur satis esse probatum, vel quia pena dicitur excedere modum regulæ. Ex hoc posteriori capite nunquam dubium potest esse sufficiens causa appellationis, quia si regula ponit definitam penam pro tali delicto, vel erit euidentis excessus, si maior ponatur, vel certe erit clara iniustitia ex hac parte, si pena sit conformis regulæ; & ideo hoc signatum postulat in dict. cap. *ad nostram*, quod si minor fuerit, saltem respectu ipsius religiosi non erit iniusta: quod si in ipsa regula pena committatur arbitrio Prælati, eo ipso, quod illam imponat, & non constet esse iniustam, existimatur prudenti arbitrio

trio positam, atque adeo iuxta regulam. Cum autem dubium versatur circa facti notitiam, vel probationem, merito etiam, praesertim inter religiosos, praesumitur pro facto Praelati, tum propter conditionem status, tum etiam, quia inter religiosos in huiusmodi correctionibus necesse non est iudicalem ordinem exacte servare, ut dicitur in c. qualiter & quando, de accusationibus in fine.

XI. Quartò dicendum est, in grauioribus causis aliquando esse admittendam appellationem religiosi ad altiore Praelatum, seruato debito ordine: in communibus autem defectibus, aut correctionibus, quae nec infamiam inducunt, nec acerbam aliquam poenam, vel dolorem, penitus non esse audiendam, sed humiliter, ac deuote suscipiendum, quod pro salute sua eis fuerit iniunctum, ut dicitur in dist. cap. reprehensibilis. Priorem partem probant, quae ex Gregorio XIII. & Congregatione Cardinalium adduximus. Probat etiam naturalis ratio, quia tunc est talis defensio necessaria, quia nisi suspendatur sententia, & executio, imminet periculum grauis nocuenti, & fortasse irreparabilis. Hoc etiam ad minimum sentiunt auctores citati in responsionibus supra positus. Soto etiam & alij eam non negant quoad appellationem intra propriam religionem. nam omnia incommoda, quae ex huiusmodi appellationibus Soto infert, in hoc fundantur, quòd decor, & quies religionis perit, si eorum causae extra religionem ad seculares iudices, tamen competentes, transferatur. Quae incommoda non sequuntur ex eo, cum intra religionem ab inferiori ad superiorem Praelatum appellatur: ergo si alioqui negotium graue est, & iniustitia clara, licite poterit talis appellatio fieri, quia tunc nec bono communi sequitur detrimentum, neque alteri fit iniuria, sed propria, & grauis propulsatur. Neque etiam ius commune tunc prohibet appellationem, quia iura citata non loquuntur in eo casu, in quo aliquid absurdum sequitur contra rationem naturalem: & idem dicendum est de quibuscunque priuilegijs, vel religionum regulis, quae non prohibent appellationem, nisi à correctione regulari: quando autem punitio grauis est, & cum manifesta iniuria, non potest dici correctio regularis. Haec autem assertio quoad hanc partem non repugnat primae, quia hic casus extraordinarius est, vixque potest accidere in religione, quòd fiant tam graues, & manifestae iniuriae titulo iniustitiae, & potestatis publicae, & quòd tam graue periculum imminet recurrendo ad Praelatum altiore simplici, & magis religioso modo: unde quia res morales iudicandae sunt ex his, quae frequenter accidunt, ideo absolute dicitur interdicta vox appellationis, maxime verò cum illa restrictione, regulariter.

XII. Quod magis declaratur probando secundam partem, de qua maxime videntur loqui iura citata, & quoad eam rem procedunt, ut opinor, etiam in correctione excedatur modus, item de appellatione etiam intra eandem religionem, ab inferiori ad superiorem Praelatum. Quae in primis non habet locum intra eandem domum, tum quia ibi solum est vnus Praelatus, ut supponimus: tum etiam, quia ibi non est necessaria propria appellatio, cum facile possit esse personalis recursus ad Superiorem, qui locum, & effectum appellationis habere potest, iuxta cap. dilecti. 2. de appellat. & quae ibi notantur. Hinc ergo probatur generaliter conclusio, quia si in his ordinarijs correctionibus, quae iuxta disciplinam religiosam fiunt, locum haberet appellatio à Priore ad Prouincialem, & à Prouinciali ad Generalem, magna sequeretur perturbatio, & disciplina religiosa sine dubio corrumpere, tum quia reuerentialis timor ad inferiores Praelatos, facile Franc. Suar. de statu relig. Tom. IV.

contemneretur: tum etiam, quia vix possent superiores Praelati expediendis singulorum religiosorum causis, & appellationibus vacare: tum denique, quia partim per huiusmodi dilationes, partim per fraudes, vel negotiationes, quae interim misceri possunt, nulla fere fieret religiosa correctio: ergo ad bonum religionis expedit, ut in hac correctione simplicius procedatur sine vilo genere appellationis. Confirmatur, & declaratur, quia ubi intercedit rationabilis causa, quae sufficiens esset ad appellandum, si eadem repraesentetur eidem Superiori, & ab eo humiliter petatur, ut poenam remittat, aut temperet, moraliter loquendo, erit sufficiens remedium, quia religionum Praelati maxime debent recta ratione gubernari, & credendum est pro sui status obligatione, regulariter loquendo, ita procedere: si autem rationabilis causa non subest, neque etiam appellatio rationabilis erit. Quod si interdum, interueniente etiam iusta causa, illud remedium non sufficiat, minus malum est, quod in raro casu priuata persona incommodum aliquod patiatur, quam ut relaxatio religionis per vsum appellandi à correctione regulae introducatur. Eò vel maxime, quòd ex huiusmodi correctione non creatur infamia alicuius momenti, & licet aliqua excogitari possit, per humilem certe obedientiam, & patientiam, non solum recompensatur, sed etiam superatur. Aliunde etiam in huiusmodi religiosiis penis non est tantus labor, aut dolor, quin sine culpa possit facile sustineri ab his, qui perfectionem profitentur: nam & ipsi possunt & debent huiusmodi poenas inter alias poenitentias, & austeritates, quas voluntarie sumunt, computare, & Superiores possunt interdum similia propter solam exercitationem spiritualem precipere: ergo est valde consentaneum huiusmodi statui, ut vox talis appellationis in eo non audiat.

Ultimò addo, meritò concessum esse religiosi, ut etiam in grauioribus causis extra totam religionem non fiat appellatio. Duobus autem modis intelligi potest fieri extra totam religionem. Primo, ad iudicem non competentem; & de hoc genere casus appellacionis non loquor, quia, ut supra n. 8. dixi, pedit ad constare per se, & intrinsece esse iniquum, siue fiat ad laicos iudices, vel Principes, quod pessimum omnium est, & interdum contra censuram in bulla Coenae Domini latam; siue fiat ad Ecclesiasticos Praelatos non habentes iurisdictionem in tales religiosos, quia illud etiam est contra iustitiam, & contra praeepta, & priuilegia singularum religionum. Alio vero modo potest dici appellatio extra religionem fieri, quoties fit ad Praelatum secularem, & extrinsecum, ut sic dicam, cui religio, vel monasterium subiectum est; & haec appellatio per se non est iniusta, ut constat. Circa illam vero distinguendum videtur inter religiones non exemptas, & exemptas: nam in illis, quae subiectae sunt Episcopis, non est prohibita appellatio in praedictis casibus ad Episcopum, cui monasterium subiectum est, quia gerit vicem superioris Praelati, qualis in alijs religionibus esse solet Prouincialis, aut Generalis. In religionibus autem exemptis, de quibus praecipue loquimur, appellatio ad Episcopum ex vi exemptionis prohibita est, non vero appellatio ad Summum Pontificem, quae iure diuino, & communi omnibus patet, ut probant iura supra num. 3. citata. De hac ergo appellatione dicimus in assertione, meritò concessum esse religionibus praesertim Mendicantibus, ut in eis non admittatur talis appellatio etiam ad Summum Pontificem, probaturque sufficiens ex indultis supra num. 2. citatis.

Ut autem amplius explicetur, distinguere potest duplex

XIII. Assertio, quod nec in grauioribus casibus appellare ad Praelatum extrareligionem.

Idque etiam ad iudicem competentem.

XIV.

*Appellatio
quando per
noliter ad
superiorem
cum licen
tia, licet est*

*Quid si qui
eat sine li
centia ex
gravi causa*

duplex modus appellationis, quod notat Nauarr. consil. 5. de appellat. num. 7. factio scilicet, & verbo. Factio dicitur fieri, quando arripitur iter ad superiorem Prælatum, iuxta cap. dilecti. 2. de Appellat. Quod quidem, si fiat cum licentia proximi Prælati, licitum est, ut per se constat, & per argumentum à contrario sumitur ex Concilio Tridentino statim citando: tunc autem illa non est propria, & rigorosa appellatio, sed ille alius simplex recursus ad Superiorem. Si autem fiat inuito, aut incito Superiore, videtur talis appellatio prohibita à Concilio Trident. sess. 25. cap. 4. de Regularib. ibi. *Nec licet regularibus à suis conventibus recedere, etiam prætextu ad Superiores suos accedendi, nisi ab eisdem missi, aut vocati fuerint. Qui vero sine prædicto mandato in scriptis obtemperaverit, ab Ordinariis locorum tanquam desertor sui instituti puniatur.* Nauarrus autem Comment. 2. de Regularib. num. 61. hanc prohibitionem interpretatur, ut non procedat in adeunte Superiorem ex gravi causa; qualis est iniustum, & notabile gravamen, à quo non potest subditus aliter liberari: *Quia non est (inquit) credendum tantum Concilio voluisse derogare iuste appellationi tam gravi rationi nitenti, scilicet, quia illud posset repugnare iuri naturali, quo malitij hominum obviandum est. Præsertim (ait) quod non est petendus consensus ab eo, ad cuius gravamen tollendum, vel delictum castigandum, est agendum: xia gl. 1. in cap. cum pastoribus 2. quaest. 7. & argumento c. ex parte de accusationibus.*

XV.

Veruntamen expositio hæc difficilis creditur est, quia, iuxta illam, prohibitio Concilij sine fructu fuisset, quia semper fuit in Ecclesia prohibitum religiosis arripere iter suo arbitrio, & sine urgente causa sub titulo eundi ad superiorem Prælatum: Concilium autem novum aliquid prohibere voluit, ut indicant illa verba, *et licet regularibus mens ergo Concilij fuit, ut nullo prætextu hoc faciant: minus enim incommodum existimat, ut religiosus interdum patiatur aliquod gravamen iniustum, quam ut totum corpus religionis illo prætextu magnum dispendium patiatur.* Existimo ergo hanc fuisse mentem Concilij, alias nullum fere remedium prioribus malis adhibuisset. Unde in foro exteriori non excusabitur, ut opinor, huiusmodi religiosus hoc prætextu quo minus ab ordinario loci detineri possit, & puniri, licet nec excommunicatus sit, nec excommunicandus, ut Congregatio Cardinalium in quadam Declaratione aduertit. In foro autem conscientie tunc solum posset admitti hæc excusatio, quando vel magnum commune bonum evidenter periclitaretur, vel extrema necessitas immineret alicuius gravissimi, & irreparabilis nocimenti, quod non proprio, sed prudentum arbitrio iudicandum esset. Quapropter solo titulo appellationis à gravamine iniustæ sententie, moraliter loquendo, nunquam existimo hoc licere, quia raro esse potest gravamen tam notabile, tamque irreparabile, ut propter solam dilationem accedendi ad Superiorem ordinato modo tam grave debeat existimari, præsertim, quia maior infamia, maiusque nocimentum, etiam spirituale, sequi solet ex huiusmodi perturbato discessu.

XVI.

*An ille cui
sit in etiam
ad Sedem
Apostolicam
sine licentia*

Dubitari vero posset circa dictum decretum Concilij Tridentini, an sub illo verbo, *ad Superiores suos accedendi*, comprehendi etiam debeat Romana Sedes: videtur enim in rigore non comprehendi, quia sub generali verbo non comprehenditur tam specialis autoritas, & quia nomine Superiorum, iuxta communem usum solum significatur proprii Prælati religionis. Item, quia ius Pontificum non solet derogare, nisi expressa, & specifica mentio illius fiat. In contrarium autem est, quia ad intentionem Concilij multo magis necessarium erat hoc osium claudere discoloris religiosis, quam cetera. I-

tem, quia nomen Superiorum generalissimum est, & in rigore plus videtur comprehendere, quam si nomen Prælati positum fuisset. Item, quia alias nec legatus Pontificis sub eo decreto comprehenderetur, & ita licitum esset, inconsulto proprio Superiore, ad illum accedere, quod valde absurdum est. Et ideo existimo hanc posteriorem partem veriorum, & usu receptam. Quæ non repugnat supremæ auctoritati Pontificis, quia ab ipsomet hæc prohibitio nascitur, nam, licet sit supremus pastor, vult, ut in accessu ad ipsum debitus ordo servetur, & communi bono religionis propicietur. Tenebatur autem Prælati religionis concedere subdito petenti hanc facultatem quando rationalis causa subest: quod si eam tunc neget, poterit subditus per aliam viam conqueri apud Summum Pontificem, ut seipsum defendat, vel alicui malo gravi succurrat: si tamen nullum aliud remedium ei superest, tunc iuxta gravitatem causæ per modum epicheiræ iudicium ferri poterit.

De appellatione autem propria, & verbali intelliguntur specialia privilegia, in quibus Sedes Apostolica concedit, ut etiam ad seipsum huiusmodi appellatio non fiat: nam verba simpliciter prolata, in proprietate sumenda sunt, & vox appellationis non aliud proprie significat. Ratione autem horum privilegiorum, & sanctæ observantia optime, & religiose attigit Soto, quia commune bonum religionis privato preferendum est, & vnumquodque membrum pro bono totius postponere debet suum peculiare incommodum: plurimum autem interest religioni, ut causæ eius, & si qui sunt defectus, inter ipsos religiosos tanquam inter patres, & fratres componantur, & altissimo silentio recludantur: nam, si extra prodeant, decor etiam, & honor religionis minuetur, & paulatim peribit, præter alia incommoda, quæ ex libertate appellandi extra religionem in discoloris, & inquietis hominibus sequerentur. Est etiam optima moralis ratio, quia sufficienter provisum est religiosis per plures Superiores à Conventuali, usque ad Generalem, qui & facilius, & melius poterunt veritatem causæ cognoscere intra propriam religionem, quam externi iudices, etiam si Pontificij sint. Merito ergo alia appellatio denegatur. Per hoc autem non prohibetur alia via legitima ad Summum Pontificem, dummodo proprii Prælati obedientia servetur, donec Summus Pontifex aliud statuat: imo hoc est, quod præcipue dicta privilegia concedunt.

CAPUT XII.

Virum in Prælati regularibus sit potestas dispensandi cum subditis; & ad quam materiam ex eandem.

Post explicatam potestatem directivam, & coactivam, dicendum sequitur de potestate dispensativa: nam hæc etiam in perfecto Prælato necessaria est, quia sine illa non potest humanum regimen moraliter subistere. Sit ergo hæc prima & generalis assertio, habere scilicet Prælatum regularem potestatem dispensandi cum suis subditis (nam de extraneis nunc non agimus). Hoc satis constat ex superioribus in cap. 5. ubi ostensum est eos habere iurisdictionem Episcopalem, ad quam pertinet hæc potestas dispensandi. Unde etiam in religionibus exemptis: nam quæ exempta sunt, sicut Episcopo subiacent in his, quæ sunt iurisdictionis non voluntariæ, ita etiam in his, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, ex quibus est dispensa-